

*diocissimus, in rebus inventendis acer, in memorandis firmus & expeditus, in judicandis acutus: in Academiæ dignitate tuenda* (quod ipsum quin-  
 quies sustinendo Magnificum Rectorale munus, sc. Anno 1597.  
 1603. 1609. 1615. & cui immortuus est, 1621., ut & sæpenumerò  
 Facultatum tum Phil. tum Theol. Decanatum gerendo abundè  
 demonstravit) *magnanimus, in dicenda veritate intrepidus, vir verè  
 Aristocraticus.* Cum febris quartana graviter decumberet in ipsis  
 jam ultimi Rectoratus Academici primordiis, ita ut loco ipsius  
*Jo. Baumeisterus*, D. Medicus, in Auditorio maximo debita cum  
 solennitate Academiæ fasces ab Ex-Rectore suscipere debuerit,  
 qui & demortuo Lubino in Rectoratu successit, ex orbe emigra-  
 re iussus est, 2. Jun. 1621. Æt. Ann. 56. Plura desideranti satis-  
 faciet *Progr. fun. laudatum, à Wittenio Memoriis Theoll. Dec. III. p.  
 305. ff. illatum. Conf. & Ejusd. Diar. Biogr. Tom. I. ad ann. 1621.,  
 Freberus Theatr. Vir. Illustr. P. I, p. 410, & Summè Rev. Dn. D. Quistor-  
 pius Progr. supra cit. ad h. a.*

Consummatissima, quæ vulgavit Lubinus, scripta, sunt sequentia:

1. Antiquarius sive priscorum & minus usitatorum vocabulorum brevis & dilu-  
 cida interpretatio, ordine alphabetico digesta. Amstel. 1594. Fcf. 1600. 1625. 8. Co-  
 lon. 1609. 12.
2. Fax poëtica, sive Genealogiæ & res præcipuè gestæ Deorum gene-  
 tilium, Virorum illustrium, Regum græcorum & Cæsarum Rom., perpetuis Tab. illu-  
 strata. Rost. 8. 1589. 1607. 1617.
3. Q. Horatius Flaccus accuratissimè emenda-  
 tus & explicatus paraphrasi nova scholiasticâ. Rost. 1599. Francof. 1612. 4. 4.
4. Carmina  
 Anacreontis cum notis, Rost. 4. 1600.
5. Epistolæ Hippocratis, Democriti, Hera-  
 cliti, Diogenis, Cratenii, aliorumque ad eosdem, Græcè simul ac Latinè edita, 8.  
 Heidelb. ex Officina Commeliana, 1601. & 1608.
6. Epistolæ Apollonii Tyanci, A-  
 nacharsidis, Euripidis, Theanus aliorumque ad eosdem, editæ Græcè simul ac Lati-  
 nè. 8. itidem ex off. Comm. eisd. ann.
7. Ecphrasis succincta & perspicua in Junii  
 Juvenalis Libros Satyrarum. Rost. 8. 1602.
8. in Juvenalis & Persii Satyras. Hanovizæ  
 & Lugd. 1603. 4.
9. Florilegium h. e. veterum Poëtarum Epigrammata græco; lati-  
 na, ibid. 1603. 1604. 1615. 4.
10. Clavis græcæ linguæ, sive vocabula latino - græcæ,  
 ibid. 1605. Lubec. 1612. 1620. Londini 1620. & emendata per D. Ribid. 1629. 8. (vid.  
 Thoma Hyde Catal. Bibl. Bodlej. Oxon. 1647. fol. ed. p. 411. a.) Lips. 1630. 8. Lugdun-  
 ni, 1644. 1651. Amstel. item 1651. & Norib. 1670. 12.
11. Phosphorus de prima causa  
 & natura mali Tractatus hypermetaphysicus, in quo multorum gravissimæ dubis  
 tationes tolluntur & errores dereguntur. Rost. 8. & 12. 1596. 1600. 1601. Lugdun-  
 1644. Occasione hujus libri controversiam ipsi movit *Alb. Gravverus*, Theol. Jen.  
 edito *Anti-Lubino*, cui verò respondit Noster in *Apologético*, Rost. 1600. & 1605. 8.  
 publicato. Cæterum vid. de hac controv., de qua nostrum non est judicare, judicio-  
 sissimus Dn. D. Grapius in dem *Evang. Rostoch. sup. cit.*
12. Tractatio Theol. de  
 Causa peccati ad Theologos A. C. in Germania. Rost. 1607. 4.
13. Monotessaron, si-